


CAMPENSIS CIVITATIS A STATIBUS confœderatis Belgicis obsessæ. Anno Christi 1578.



RENNENBERGIUS, postquam Transsilvana gubernatio ipsi à confœderatis Belgicis statibus demandata fuerat, cogitabat quâ ratione vicinas urbes, partim vi, partim insidijs in suas partes pertraheret. Campensem civitatem primò adortus, castra ad urbem ponit, ad quâ Theodoricus Sonnoius Nordhollandiæ Gubernator, vir rei militaris experientissimus, cum aliquot militum signis accesserat. Signa Domini Nicolai in Woluweil / quæ per sexennium in præsidio urbis illius fuerant, ab initio hostibus suis fortiter resistebant: excursionibus armenta defendebant. Rennenburgius autem majoribus sextormentis, ab Ultrajecto civitate missis, creberrimis ictibus ita moenia concusserat, ut introitus ipsi 33. passuum longitudine patêret. Magistratus & ciues ruinam murorum. & ingravescentis periculum cernentes, præterea & Joannem Casimirum Palatinum cum validâ manu adventantem perimescentes, Urbem 20. Julij certis conditionibus dedunt. Germanis præsidarijs, cum facultatibus liberè discedendi copia datur. Et hæc ratione mutata illa civitas, omnibusque rebus necessarijs benè instructa, quæ multò longiorem & duriorem obsidionem ferre poterat, in Belgicorum statuum potestatem redacta fuit. Ab eâ postea ad Daventriam itum est. *Meteranus.*